

ADATOK A HAZAI KÖZÉPKORI KÖNYVTÁRAK TÖRTÉNETÉHEZ.

Ezen cím alatt folyóiratunkban új rovatot nyitunk, mely időhöz nem kötött közleményekben a hazai középkori (mohácsi vész előtti) könyvtárakról új, ekkorig ismeretlen adatokat napfényre hozni lesz hivatva. E rovatban közölni fogunk oly okleveleket, leveleket, registrumokat, végrendeleteket, catalogusokat, inventariumokat, följegyzéseket, «ex libris»-eket és adalékokat, melyek hazánk középkori könyvtári viszonyaira bármilyen tekintetben vonatkoznak s az eddig megjelent diplomatikus codexekben, adattárakban, vagy más ilyenmű közleményekben felvéve nincsenek. Közleményeinkhez az anyagot a hazai és külföldi könyvtárak és levéltárak fogják szolgáltatni, melyeknek tisztviselőit és buvárait a szives közreműködésre ezennel felkérjük. Olvasóink nagyon jól tudják, hogy a hazai középkori könyvtárak története a hazai középkori művelődéstörténetnek mily fontos fejezetét képezi, de bizonyos az is, hogy ezen történethez az egykorú források részben elvesztek, részben még lappanganak s csak részben vannak közrebocsátva. Ez utóbbiakból a hazai középkori könyvtárak pragmatikus történetét alaposan megírni ma még nem lehet. Szükséges a még lappangó adatokat is felkutatnunk, hogy a kérdésről teljes képet nyerjünk. Ezért nyitottuk a jelen rovatot s számítunk mindazok közreműködésére, kiket hivatásuk, ügyszeretetök vagy hivatalos foglalkozásuk e térre vezet. Közleményünk keretébe tartoznak mindazon mohácsi vész előtti oklevelek, levelek és okmányok, melyekben hazai könyvekről említés tétetik, továbbá azon régi kéziratok és ősnymtatványok egykorú följegyzései, melyek a hazai régi könyvtárak provenienciájához nyuj-

tanak adalékokat. Ajánljuk ezen két szempontot ügybarátaink figyelmébe, s megkezdjük a rovatot az itt következő négy XV. századbéli oklevéllel.

A szerkesztő.

I.

1441. augusztus 7.

Porpáczi Lukács, a királyi kancellária íródeákja rokonaihoz intézett levelében otthon hagyott holmiit, köztük 12 iskolás könyvet, ezek gondjaira bizza.

Salutatione fraternali premissa. fratres mei predilecti. Noveritis me esse sanum, quam quidem sanitatem a vestris fraternitatibus incessanter audire desidero. Et *cum nomine scribe et servi apud magistrum Michaellem de Rauem¹ prothonotarium regie maiestatis famulaturus existam mancipatus*. verum siquidem propter locorum distanciam et translacionem propinquis temporibus versus domum ire nequeo, nec intendo, nisi paulisper deo opitulante iuxta obsequiorum merita meorum provisione videar epidiori gratulari. Unde, quia dum una vobiscum circa resurreccionem domini in Sarwar eram constitutus, iter arripueram satis repentinum, quod nec exiguas et parvas res meas bona sub dispositione mittere potui, sed easdem apud Matheum sartorem vobis benevolum satis inepte repositas reliqui, ob hoc vos fratres precibus intimis rogitō, quatenus easdem a predicto sartore requirere et in locum, quem utiliore poteritis considerare, velitis collocare. Et ut sciatis, que sint ille res requirende, item in uno sacco sigillato unum bonum lintiamen, unum candelabrum cupreum, unum vitreum *et, ut puto. XII libri scolasticales*, necnon cetera res in eodem sacco reposite. Unde videatis, ut sigillum inveniatis inconfractum, ne ex eis subtraccio facta sit aliqualis; imo si eciam inconfractum sit, adhuc peto, ut easdem specietenus revideatis, quia multa quidem sunt fallacia. Ceterum peto vos fratres, ut michi velitis de vestro statu et sanitate semper et quocunque poterit, saltem per Vallentinum literatum de Bewd scribere, aut verbotenus nunciare, ut fraterni-

¹ Ezen Michael de Rauen, Zsigmond királytól 1421-ben armálist kapott, melynek eredeti példányát a zágrábi délszláv Akadémia könyvtára őrzi.

tatis sic inter nos exhibeatur dileccio. Demum curate de vestro profectu iuxta manuum vestrarum ad labores oppositionem. Et ego die noctuque non desistam post salutem ad alciora anhelari, ne inter consimiles seu pares videremur abuti et refutari. Scriptum Bude, in feria secunda proxima ante festum beati Laurentii martyris, anno etc. XLI.

Lucas filius Benedicti, filii Egidii,
fili David de Porpacz, scriba
stili regie maiestatis.

Kivül : Nobilibus viris Iohanni necnon Gregorio sartori filiis Benedicti, filii Egedii filii David de Porpacz, fratribus meis predilectis atque preamandis.

Eredelije, zárlatán pecsét nyomaival a Nemz. Múzeum könyvtárában.

Közli: *Schönherr Gyula.*

II.

1450. márczius 30.

A székesfehérvári ferenczrendiek gárdiánja válaszol a soproni barátok levelére, melyben ezek a Ciner Miklós egykori gárdián által tőlük elvitt breviáriumot visszaszolgáltatóni kéri.

Cum oracionum sufragiis in eo, qui est salus omnium. Certum facitis nos, quomodo olim frater *Nicolaus Ciner de Kassowya gwardyanus monasterii sancti Francisci vestre civitatis Supp-roniensis* in vita sua temporali alienasset quoddam breviarium valoris *sedecim florenorum de dicto monasterio*, et secundum relaciones fratrum ibidem existencium esset probabile predicti fratris Nicolai *libros, calicem et alias res* sub nostra potestate depositas. Ideirco consultitis et requiritis nos, ut huiusmodi breviarium seu eius precium tanti valoris fratri Paulo de Kassowya custodi monasterii vestri pretacti, aut suo speciali nuncio vel latori presencium assignaremus cum effectu, prout nostre consciencie salubrius videretur. Verum equidem aliquas parvas res apud nos devolutas ac ligatas deposuerat et deposuit adhuc in presenti, tamen ignoro, que sint. De restitutione autem volumus curam gerere ante superiorem nostrum, scilicet priori ministro nostro provinciali, qui habet dare,

diuidere et ad quem pertinet satisfacere; eciam in brevi visitabimus suam paternitatem, et quidquid determinaret de restitutione vel satisfacione, contentabimur. Scripta in Albaregale, feria secunda post ramis palmarum, in domo fratrum minorum de observancia, anno domini millesimo quatuorcentesimo quinquagesimo. Frater Benedictus custos custodie Albensis ac gwardyanus eiusdem conventus, orator pro salute vestra.

Eredetije a soproni városi levéltárban, (Lad. I. et A. Fasc. 1. N^o 7.) papiron, viaszpecsét nyomaival. Közli: Cs. J.

III.

1461. október 2.

A kolosmonostori konvent előtt Gorzeres János kezességet vállal az íránt, hogy testvére, Bertalan, kolosmonostori apát, a király orvosa, a konventből magával vitt könyveket és okleveleket vissza fogja adni.

Quod Iohannes filius Mathie dictus Gorzeres de Wradislavia, coram nobis personaliter constitutus, oneribus et quibusvis gravaminibus egregii Bartholomei phisici (*így*) domini regis, condam gubernatoris abbacie de dicta Colosmonostra, fratris sui, in subnotandis per omnia super se assumptis, ministerio vive vocis spontaneaue sua voluntate confessus extitit in hunc modum: Quod quia prefatus Bartholomeus phisicus *quosdam libros dicte ecclesie nostre, videlicet unam bibliam, alium tractans de astronomiis, valentes trecentos florenos auri*, ac litteralia instrumenta factum domus nostre in civitate Budensi habite tangencia et concernencia, contra voluntatem dicti conventus secum exinde ad Budam exportasset, quos quidem libros et litteralia instrumenta idem conventus prenotato Bartholomeo phisico ad Budam exportari nullatenus consentire voluisset, idem Bartholomeus phisicus dicto conventui super altare magno in dicto nostro monasterio constructo coram nobis iuramentum deposuisset super eo, quod prescriptos libros et litteralia instrumenta reddere et restituere vellet dicte ecclesie nostre, ipseque eciam Iohannes annotatos libros et litteralia instrumenta apud manus memorati Bartholomei phisici habere confessus extitit nihilominusque idem Iohannes obligans se tali vinculo me-

diante, quod postquam ipse ad Budam pervenerit, predictos libros et litteralia instrumenta absque strepitu cuiuslibet iudicii reddere et restituere (*így*) facere vellet. Si vero eosdem libros et litteralia instrumenta reddere et restitui facere nequiret, ex tunc solam personam suam propriam huc ad Colosmonstra presentare teneatur. Sin autem idem Iohannes eosdem libros et litteralia instrumenta reddere et restitui facere quoquo modo non posset aut suam personam propriam huc ad Colosmonstra se presentare nollet: ex tunc, vigore presencium mediante, ubicunque locorum suum caput reperiretur, refineretur eo facto, et tandem idem Iohannes conservaretur, donec de prescriptis libris et litteralibus instrumentis nostre ecclesie satisfaccio impenderetur. Insuper memoratus Iohannes iterum obligans se in quibuscunque locis sive capitulari aut conventualibus, vel eciam coram quovis iudice tam ecclesiastico quam et seculari predictam fassionem facere, nec ipsam negare vellet, harum nostrarum testimonio litterarum. Datum feria sexta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

(Eredeti fogalmazvány. Orsz. Levéltár. Kolozsmon. prot. E. 1458. Fol. 76. b)

Közli: *Dr. Csánki Dezső.*

IV.

1488. november 5.

A budai ágostonrendiek a Septhei Péter királyi jegyző által kolostoruknak adományozott könyvekért hetenként két mise szolgáltatására kötelezik magukat.

Nos frater Gregorius vicarius districtus Strigoniensis prior totusque conventus ordinis fratrum heremitarum sanctissimi Augustini episcopi et confessoris, in alma ecclesia sancti Stephani prothomartiris in suburbio civitatis Budensis fundata degentes, memorie commendamus, quibus expedit, universis presentibus et futuris, significantes presencium per tenorem, quod quamvis in anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo transacto egregius magister Petrus de Septhe curie regie notarius secundum tenorem et continenciam litterarum eiusdem nostri conventus superinde confectarum pro certis missis quasdam tres suas vineas in promontorio dicte civitatis situatas prefate ecclesie nostre, fratribusque in eadem

pro tempore degentibus, in perpetuam inscripserit elimosinam et donaverit, quarum duas fratres in dicta ecclesia nostra tunc constituti exposit ad reformationem eiusdem ecclesie nostre exposuerint; tamen quia iam nostris temporibus idem magister Petrus devocione speciali ductus, volens huiusmodi suam provisionem augmentare, *quinque speciales suos libros, videlicet auream katherineam et secundam secunde sancti Thome, atque sermones domini Bonaventure de tempore et sanctis, et unam bibliam ac unam cronicam Hungarorum, omnes impressos*, prefate ecclesie nostre consequenterque nobis et fratribus in ipsa ecclesia nostra pro tempore constitutis perpetuo donavit, ita videlicet, quod a modo per amplius solummodo duas missas, ambas videlicet ad honorem sacratissime conceptionis gloriose virginis Marie eidem perpetuo continuare teneamus: visis igitur nos huiusmodi caritativis subsidiis eiusdem magistri Petri, quibus dicte ecclesie nostre nobisque affuit pro viribus, conaturque subsidio nobis adesse amplius, eapropter et nos de beneplacito et annuenciam speciali reverendi patris nostri, fratris Stephani de Rohoncz sacre theologie lectoris, provincialis provincie Hungarie ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, ceterarumque tocius conventus antelate ecclesie nostre fratrum uno voto et simplici animo easdem duas missas cum eisdem orationibus et collectis, que in dictis litteris nostri conventus continentur, sponte et animo deliberato continuis perpetuis temporibus celebrandas assumimus, ita videlicet, quod unam feria quinta, alteram vero missam die sabbati, in qualibet septimana, semper ad honorem sanctissime conceptionis virginis gloriose devotissime celebrare teneamus, et cum ceteris fratribus futuris dicti conventus nostri simus perpetuo obligati, pro sua, suorumque parentum et proximorum salute, imo assumimus et celebrare promittimus harum nostrarum, quibus sigillum dicti conventus nostri est impressum, virtute et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beatissimi Emerici ducis et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo octavo.

Kivül: Super missis perpetuis, ad fratres sancti Augustini de sancto Stephano Budenses.

Papir, a szöveg alá nyomott pecséttel. Eredetije Keszthelyen a gr. Festetics-esalád levéltárában (Misc. 609.)

Közli: Nagy Imre.